



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

Oratio contra adfectionem nouitatis, & aliarum ineptiarum, in uestitu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

ORATIO CONTRA AFFECTA-
tionem nouitatis in uestitu.



Amet si non dubiū est mihi,
Auditores cādidissimi, quin
ualde uobis mirum uidea-
tur, quòd hanc cathedram
doctissimorum hominū con-
scendere, tantamq; prouin-
ciam, ac onus suscipere au-

sus sum; tamen, cum schola nostræ morē sciatis,
non dubito, quin quæ uestra hactenus erga omnes,
qui in hunc locum dicturi prodierunt, fuit huma-
nitas ac beneuolētia, me quoq; benignè, placideq;
auditori sitis. Ego uerò non de bello Troiano, aut
huiusmodi peruulgata fabula dicturus prodij: Sed
cum nulla uirtus perinde adolescentes deceat, atq;
modestia, cœpi consiliū de quadam eius uirtutis
parte dicendi. Idq; argumentum eo suscepi liben-
tius, ut si nō hic propter eloquentiam laudem me-
rerer, tamen mihi interea canerem, sicut ille Cy-
tharædus dixit, meq; ad eius uirtutis studium ex-
citarem. Institui autem orationem contra adfecta-
tionem nouitatis, et aliarum ineptiarum in uesti-
tu, quod uitium cum sit opinione nocentius, ta-
men adeo uulgare est, adeo cœpit iuuentutis ari-
mos, ut nullis neq; legibus eorum, qui Respub.
guber-

Nocentissimū
malum uesti-
tus ineptiæ.

gubernant, nec doctorum sermonibus corrigi possit. Quoties enim his nostris temporibus debere leges scriptae sunt? Quam multi graues in cotidie hac de re queruntur? Sed tanta medicina est, ut reprimi aut sanari non possit. Quotidie uae formae excogitantur: nunc placet Gallicus leuis, nunc Hispanicus cucullus. Alij Sarmaticum brachij delectantur, et haec ipsa quam uarie demant? Integra uestis parum digna uiro esse creditur, sed lacerata, & mille uariata coloribus, quae olim scurrarum fuisse uestitum picturae ueteres ostendunt, ea demum plurimum habet admirationis atque haec singuli quotidie mutant. Nullus Proterea uarias induit figuras, quam nostri iuuenes, sibi deinde habitum mutant, non aliter atque in scena, qui plures personas sustinet. Quamquam igitur uitiis usque adeo receptum sit: ut non adolescentis in oratione, in qua nihil esse auctoritatis potest, non in qua mediocri eloquentia tolli possit, tamen libere in argumento honesto ingenij uires experiri. Quosio autem uos, ut pro uestro more benigne precienterque de honestissima causa dicentem audiat. Ad si nulla alia res, tamen aetas mea a uobis imperare debebat, quae propter imbecillitatem non poterit susceptum onus perferre, nisi singulari favore uestro. animus meus confirmaveritis.

Est autem cum per sese turpissima nouitatis in uestitu adfectatio, tum hoc etiam nomine magis fugienda, quia multas ex se alias pestes gignit, & pleraque animi uitia prodit atque alit. Nec procul nobis argumeta sententiae nostrae petenda sunt. Etenim cum nuper hic de conseruandis ueteribus moribus quidam ex nostro sodalitie grauissime dixerit, spero me facilius hanc causam de usitato uestitu retinendo uobis probaturum esse. Etenim ut in alijs publicis institutis odiosa est nouitatis adfectatio, ita etiam in uestitu merito improbari debet.

Semper autem sapientissimi homines senserunt ueteres mores, ueteraque instituta ciuitatum ac populorum summa cura conseruari debere, quod nulla res perinde laedat publicam tranquillitatem, atque crebra legum morumque mutatio, non aliter atque corporis humani ualitudinem ratio uictus saepe mutata labefactare solet. Eius mali ut uetera omittamus, nostra aetas miserabile exemplum uidit. Postquam enim pauci tantum ritus Ecclesiastici, qui iam nescio quomodo degenerasse dicebantur, abrogati sunt, incredibilis omnis diuini atque humani iuris contemptus secutus est. Et non modo disciplina in ciuitatibus regendis, et Magistratuum auctoritas periclitari coepit, sed religiones uniuersae, fide, iusurandum, et omnia uincula societatis

Venenum Re
rump. legum
morumque mutatio.

hu

humanae laxata esse uulgo existimat. Inde enim
quotidie maximi motus in ciuitatibus existant
tum uidistis ante biennium luctuosum inter
ues nostros bellum in uniuersa Germania exor
se. Nullum igitur uenenum nocentius Reipub
licae existimemus, quam receptorum morum multi
tudo, quae in uulgo licentiam, audaciam, contum
ptum Imperij, denique nihil non earum pestiferum
quae ciuitatibus exitio esse solent, parit. Merito
igitur celebratur uersiculus ille:

Veteres mores
eius optimi.

Moribus antiquis res stat Romana uirg.
Adhuc cum ueteres Dijs proximos esse credamus
non dubium est uetustissimos mores optimos esse
quos illi scilicet maiores nostri ciuitatum conditorum
res a Dijs ipsis didicisse uidentur. Proinde feruntur
non sunt, qui honesta maiorum instituta fastidiant
qui ueterem disciplinam soluunt, qui nunc hos mores
illos mores in patriam accersunt, qui scribunt ab
lentque leges ut libitum est. Et constat olim in
urbibus clarissimos ciues acerrime uetera instituta
defendisse. Nam ut alia maiora omittam: Romanorum
quoties sumptuariae leges perlatae sunt, ut maiorem
rum more uestiret ciuitas? Cato quanta contumacia
ne legem Oppiam tueretur apud Liuium, quae ueterem
dum sumptibus mulierum praescribebat? Augustus
cum uideret Romanos peregrino uestitu delictum
sententiam

Sumptuariae le
ges Romano
rum.

Lex Oppia

sentiens quantum in ea re mali inesset, longa oratione ciues obiurgauit, et ad togæ usum reuocauit, illum etiam Verglij uersiculum citans:

Turpe exemplis nihil commoueri.

Romanos rerum dominos gentemq; togatam. Si nulla ratio esset alia improbandi hæc uestitus uitia, tamē erat honestum nobis exempla magnorū hominū sequi, à quibus dissentire, quid aliud quā insania est? Et quod Cato, quod Augustus senserunt, probari omnibus bonis uiris existimemus, quorū iudicia nihil morari summa impudētia est.

Sed dicat aliquis, nō magnopere, uel ad priuatos mores, uel ad Rempub. pertinere has ineptias uestitus, meq; atroci oratione exagitare rem non perinde uitiosam. Ego uerò utinā dicendo magnitudinē rei æquare possem: tātum enim turpitudinis hac in re est, ut nulla mediocris eloquētia ad eam explicandā satis sit. Etenim cum non minus uestis, quā oratio animi character atq; imago sit, quid dubitemus illos, qui tantopere monstrosa ueste delectantur, animos etiā monstrosos habere? Incedit aliquis pileo tectus Hispanico, eoq; uariē picto: Thorax deinde Gallicus est, cuius manicæ adeo non respōdent ad brachij modum, ut laxissime sint, qua parte brachium gracilius est. Et cū uestis naturam imitari debeat, istis planè diuersum placet. Quid amplius? plebeius uestitus est, nisi

Vt uestis ita animus.

nisi distinctus sit uarijs coloribus uelut panno: ad
hac cōscissum esse oportet, tanquā mendici palli-
um, id demum regum est. Venio ad pallium, Palli-
orum ac tunicarum tā multa, tamq; uaria forma
sunt, ut totus hic dies ad recensendum non sūp-
tis futurus, si singulas enumerare uelim.

Fabula de Ger-
manis.

Atq; hīc uenit in mentem mihi fabula cuiusdam
Germanicæ. Audisse enim uos de patribus uestris
opinor, regem Turcarum iussisse sibi omnium gen-
tium habitus pingi. Cum itaq; pictor plurimam
gentium uestitum depinxisset, tandem pingit nu-
dum hominem, et iuxta uarios pānos. Postquam
rex à rege iussus interpretari picturam, cum cepisset
suis cætera, dixit nudum illum Germanum esse,
cui certa forma uestitus pingi nō possit, quia quo-
tidie nouā excogitet. Doleo unā hanc nationem,
quæ grauitatis atq; cōstantiæ laudem alioquin
uendicat, hac parte leuitatis in simulari posse. Co-
git enim res ipsa fateri, apud nos incredibilem
rietatem uestitus esse. Quid de calceis dicam: quæ
erāt rostrati, nunc sunt trianguli figura, ceu
toton. Quid aliud quàm monstrum putandus est
qui in tā dissimili habitu, tamq; uariè incedens
se circumspicit, et tanquā Iunonis auis, admittitur
quem profecto, nisi admirationem cōsuetudinis
mali nobis exemisset, monstrum aliquod traheret.

Calcei.

marinū citius quā hominē esse multi crederēt.

*Pictura animi
habitus.*

Sed si sapientissimis hominibus, imō si sacris
literis creditis, talem habitum non obscurā quan-
dam animi picturam esse iudicare debetis. Scri-
ptum est enim in Ecclesiastico: Amictus, risus &
incessus, prodeunt hominis ingenium. Similis in
animo inconstantia, similis cupiditatum uarietas,
qualem in uestitu cernis: deniq; legum & morum
patrie fastidium simile in animo hæret. Quod si
res nihil præterea turpitudinis haberet, tamen
hoc reprehendendum erat, tantam esse ingrati-
tudinē erga patriam, quæ genuit, quæ educavit,
quæ optimis legibus uitam defendit, ut nihil nunc
nisi peregrinum placeat. Quid enim unicuiq; cha-
rius, iucundius patria esse debet? Nunc autem
cum hæc nouitas mores etiam insamet, quis non
existimet procul fugendum esse? Nonne apud Vir-
gilium cum molliciem obijcit Troianis Turnus, &
ueste coniecturam facit? ait enim:

Et tunicae manicas et habent redimicula mitre.
Animaduenterunt enim docti uiri sermonē, habi-
tum, incessum, et alios corporis motus, tanquam
actionem esse animi, in qua uelut in speculo cuius-
que natura cerni potest. Quemadmodum enim in
equis et leonibus animorū motus, cauda atq; au-
res indicant, ita adfectus hominum, non tantum
sermo,

Vestis uirum fa-
cit.

sermo, sed uestitus, qui quasi ticitus quidam animi sermo est, declarat. Itaque non temere à Graecis in prouerbio dictum est illud: Vestis uirum facit. Vt enim honestus habitus dignitatē homini cōciliat, & quandam cōmendationem morum adfert: ita mōstrosa uestis abhorrensque ab approbatione oculorum, iudicioque bonorum uirorum officit eximiationi. Quid enim aliud quā monstruosam mentē ista dissimilitudo uestitus, partim Gallos, partim Hispanos, partim Sarmatas imitantis significet? Quae cōstantia potest existere in horū mentibus, qui toties sui dissimiles facti prodeunt? Socrates calceis Sicyonijs cōtra suā consuetudinem non noluit, tametsi ipsius confessione apti erant pedibus. Nec ille morosus in re parua uideri debet, pars quaedā grauitatis atque constantiae fuit, ne quidem in paruis rebus sui dissimilem esse. Proinde et Homerus inquit, honestū habitum ad eximiationem augendā conducere, nostis enim ueritas

Socrates.

Namque uiro uestis magnū decus addit honestitatis. Neque id ad uestis precium pertinet: non enim gemmas, aut aurū, aut purpura, quarum rerum uis in ciuitatibus bene cōstitutis, etiam interdicitur honestis hominibus, magnopere ornāt uiros, quia pro ingenijs ac moribus uestitum ferē quaeque sumit, magnam cōmendationem habet honestitatis.

Existimationis
ratio habenda.

stus habitus, quod eò boni uiri delectari iudicentur. Quisquis igitur honestam existimationem apud bonos uiros colligere studet, is ad illorum iudicia, ut reliquæ uitæ instituentia consilia, ita etiam uestitum accommodet. Vt enim nostris temporibus Principum familiæ ex forma uestitus discernuntur, ita adolescentium mores, boni uiri ex habitu diiudicant. Nullum autem patrimonium, nullas opes hæc ætas pluris facere quàm existimationem debet. Hanc magna ex parte consequi poterit hac diligentia, si sequatur illorum iudicia in uestitu. Si qui uerò ita depuduerunt, ut existimationis nullam rationem habeant, ut bonorum de se iudicia nihil morentur, hos non tam homines esse, quàm humana specie beluinos animos gerere existimare debemus. Nostra oratio ad sanabilia ingnia pertinet, alios publicis pœnis ad sanitatem reuocare, & coercere oportuit.

Hactenus dixi uestitus ineptias quasdam animi esse corrupti notas. Sed ut nemo uolens stigmata, quæ deprehensis in aliquo flagitio inuri solent, quantumuis innocens sibi accersit, ita has notas turpitudinis uitandas esse, ne famæ noceant, censeo. Sed hæc ineptiæ non tantum nocent existimationi, aliud maius malum secum trahunt: nam inter corruptelas Rerumpublicarum merito ad-

¶ festatio

Quæ uitia gi-
guat nouitas
uictus,

sectatio, siue nouitatis, siue peregrinitatis in uita
tu numerari debet. Hac de re dum dico, quæ so-
lenter attendite. Intellegitis enim multa ingen-
uitia ab his principijs oriri: ut enim usure per
gradus crescunt, ita à paruis principijs paulatim
audacia robur colligit, donec penitus ex animi
pudorem, omnisq; diuini atq; humani iuris mo-
tum eiciat. Nemo, inquit Poëta, repente fit im-
pissimus, per gradus labuntur mores in deterius.

Educatio ma-
tris Augustini.

Nec libet in re manifesta exempla colligere. Sed
quoniã inter adolefcētes studiosos doctrine Chris-
tiana dicimus, recitabo uobis unū quoddã ex-
plū, quod in libris cōfessionum scripsit Augustinus
de matre. Hãc in pueritia inquit, mira diligentia
ad sobrietatē à nutrice aduofactã esse, neq; eni-
licuit ei, ne aquã quidem, nisi in iusta cœna, aut in
suo prædio, bibere. Nutrix interrogata quo cōfessio-
puellis etiã aqua potu interdiceret, respōdit: Sed
ea etate sitim perferre discant, postea matrem
factas, cum uini copia sit, simili intemperantia
no se ingurgitare, qua nunc aquã bibat. Est igitur
prudētia nō exigua, semina uitiorum præuidentia
ac in tēpore tollere. Vt enim in morbis corporum
medicãdis seruum est, tum demū querere remedia,
cum morbus ad summum peruenit: Ita frustra ad-
hibetur medicina uitijs, postquam adoleuerit.

Conemptus
legum.

Que igitur vitia gignit nouitas uestitus? Cum
alia multa, tum hoc omnium perniciosissimum,
quod adolescentium animos adsuefacit ad contem-
ptum legum. Nam cum in paruis rebus, primum
a consuetudine bonorum, & publicis institutis di-
scesserint, paulatim ita confirmatur audacia, ut e-
tiam in maioribus rebus non modo bonorum uirorum
iudicia, sed omnes leges contemnant. Et is qui nunc
uidetur ludere, dum has ineptias in uestitu amat,
paulo post omnibus legibus, omnibus Magistrati-
bus audebit oppedere. Tantam ruinam edit res,
que quidem in speciem parua uideri potest: ue-
rum exemplum latissime patet. Nam cum semel
legum repagula effregerint, nihilo deinceps fir-
miores omnes leges, quam araneorum telas esse
existimabant. Et ut scitis ἀρχὴ ἡμῶν παντὸς.
Quod quanquam in priuatis moribus uidere pos-
sumus, tamen in ciuitatum inclinatione clarius
perspici potest. Que enim ciuitas non ita collapsa
est, quia cum primum disciplinam in paruis rebus
neglexisset, aluit petulantiam uulgi, adeo ut postea
in maximis etiam rebus imperium detrectarit.

Feritas & mor-
lities.

Præterea cum uestis imitetur animi adfectus, ut su-
pra dixi, fit, ut illis ipsis cupiditatibus inclusis in
animo, quas premi & coerceri oportebat, frenum
laxetur. Sunt qui propter feritatem animi, habitus
delectantur

u ij delectantur

delectantur, qui terrorem intuentibus incutiat:
In his quoniam sibi indulgent, crescit feritas. Sunt
qui propter molliciem animi ornent se propensum
dum mulierum more, quos effœminatores vestra

- °° rat, & bibat quidquid uitiata natura expetit
- °° morbi animi crescunt, si quis eis indulgeat, nec
- °° media opponat. Sed omnium maxime nocentia

Peregrinæ lu-
xuriæ approba-
tio.

commune hi, qui gentis alicuius externa uestitia
amant. Ut enim amatores amasiarum colorem
imitantur: ita isti se eius gentis mores, luxum, et
alia uitia amare, & patrios ritus ac leges con-
temnere, hac uestitus imitatione significant. Quod
Principes primùm Romam aduexerunt Diadema
ta, et plerasq; peregrinas uestes: nõne illi qui in
teribus legibus deletis, in urbem obscena sacra
exterorum, ut bacchanalia, præterea exempla spe-

Hofes Patriæ dissima peregrinæ luxuriæ adferebant.

Videmus hoc tempore quosdam Turcico habitu
delectari, non credo ob aliam causam, nisi quia
stræ religionis, & legum nostrarum facies con-
cepit, quos quoniam externa imperia expetere
mores religionesq; amare apparet, non dubito
eos hostes patriæ appellare. Non enim tantum
li, qui foris arma gerunt aduersus patriam, hostes
putandi sunt, sed multò magis isti, qui disciplinam
civiliam

ciuilem, qui maiorum instituta nihil ad se pertine
re arbitrantur, alios mores foris accersunt.

Lacedemonij hospitem Milesium cum alijs de
licijs adfluentem, tum in uestitu sumptuosiore Lacedemonij
eiciunt Milesi
um hospitem.
quàm pro Spartana cōsuetudine, iusserūt ciuitate
excedere, ac domi milesia exercere. Hæc illi in ho
spitem constitucrunt, quantò minus ciuibus permit
ti debebat, exempla bonis ac ueteribus moribus
offectura, in patriam inuehere? Neq; enim ab it
hoc sine publicorum morum corruptione, quia ut
est uulgus natura φιλονεικίον, statim has nugas
imitatur, & legum metu paulatim deposito, amo
rem externorum uitiorum induit. Estq; in maxi
marum ciuitatum interitu uidere, ab his princi
pijs cætera uitia orta esse. Iure igitur in autores
talium exemplorum, tanquam in hostes patriæ,
seuerissimæ pœnæ constitui debebant.

Tunc bellum parari aduersus patriam, tunc ob
sideri eam non foris, sed intra mœnia putetis, cum
patrius uestitus exuitur. Hos cum peregrinis clan
destina fœdera fecisse, & cum legibus in pernici
em patriæ conspirare arbitremini, quos externo
rum, atq; hostium mores magis quàm patrij dele
ctant. Non enim hic cultus aliò spectat, nisi eò, ut
domestica ac publica disciplina corrupta, trahat
omnium ciuium animos ad externa imperia, pe
a ij reginas

regrinas religiones, & omnia turpitudinis genera recipienda. Sed cum hæc nouitas omnibus hominibus turpissima sit, tū in primis abesse à Christianorum moribus debebat, quos in omnibus partibus præcipuam grauitatem præ se ferre debent.

Leuiiores gentibus sumus.

At hoc accipimus, Turcas, et plerosque barbaros, religiose patrium morē in uestitu retinere. Cuius autem Christianæ literæ singularem nobis modestiam, ac uerecundiā, & morum constantiam præcipiāt, turpe est hac parte leuiiores nos perhiberi ijs gentibus, quæ Christiana præcepta ignorant.

David.

Videte quæso Dauidem, quā diligenter putauerit in huiusmodi, quanquam paruis rebus, decorum seruandum esse. Is enim cum legatis sua gentis à uicino quodam Rege uestes per contumeliam decurtatae essent, ac barba contra morem rasisset, iussit ut extremo regni oppido se teneret, ne prodirent in publicum, donec barba creuisset. Quid aliud sensisse sanctissimum Regem credimus, quā ad officium boni uiri pertinere hanc quædam diligentiam cautionemque, ne genere uestitus, aut similibus rebus, cuiusquam oculos offendat.

Scholastici militares.

At hanc diligentiam maximè nos scholasticos præstare oportuit. Sed ò Deum immortalem, quod ordo, quod genus est hominum, qui has insipienter magis amant quàm scholastici? Militaris

rosq; habitus delectat, quem non uno modo de-
 mat, sed quantum quisq; potest, monstruosum fa-
 cit. Ac tum demum sibi fortes uiri, tum satrapæ,
 deniq; planè beati uidentur, cum maxime nouum
 habitum, maximeq; abhorrentem ab oculis bono-
 rum uirorum excogitarunt: Quasdam formas,
 quia non possum uerecundè nominare, prætermit-
 to. Effet enim optandum, ut abderent ac te-
 gerent diligentius eas partes, quas natura ipsa
 abdidit, ne in promptu positæ, ambitiose se
 ostenderent. Non neglexerunt hanc partem sapien-
 tissimi legum latores in Græcis ciuitatibus. Scribit enim
 Xenophon in institutis Lacedæmoniorū, Licur-
 gum præcepisse, ut pueri in publico, manus intra
 uestes cōtinerent, ut taciti incederēt, ne circum-
 spectarent, nec deijcerent oculos ab his, quæ ante pe-
 des essent. Et quidem hæc magnarum uirtutū ty-
 rocinia quædã esse existimât: Ait enim Xenophō
 idè hæc instituta esse, ut ad uerecundiam, pudorē
 ac modestiam à prima statim pueritia adsuesce-
 rēt. Quãto magis nos, qui in scholas missi sumus,
 ut nō modò literas perciperemus, sed ut ad omnia
 honesta officia insitueremur, hæc incunabula mo-
 destiæ, in uestitu atq; incessu seruare oportuit.
 Verùm quid hoc mōstri est, aliud oratio schola-
 sticorum disputantium, de honestis officijs, aliud

Verecundia
 gentilis.

uestis loquitur, quæ summā impudentiam præferat. Planeq; miror quid illis in mentē ueniat, cum cogitāt quantum à se ipsi dissentiant, quā non ueniat ad orationē suam, ad studia, hic habitum. In scena prodiret cū habitu scurræ Agamemnonem, nemo non uociferaretur illum Histrionem.

Agamemnon
in habitu scurræ.

ri oblitum esse, nescire scenæ, quod aiunt, seruire. Tā morose iudicamus in ludis. Quid putatis graues uiros iudicare in serijs rebus, quantum ludo scenæ nos seruire uelint, in quā, quia ludum esse, nō modo literarum, sed omnium uiriuum precipiendarum arbitrantur, ideo deducti sumus, hinc optima disciplina adsuefacti, bonos mores ad Rempub. afferamus. Sed quales mores ad se illi ad Respu, qui tanquā in impudētia ludo uoluptati essent, iudicia bonorum uirorum contemnant, consueuerunt, qui pudorem & uerecundiam peritus ex animis eiecerunt, qui legum metu depositum licere sibi quidquid libet existimant? Multa enim ut dixi, uitia alit illa ineptiarum adfectatio.

Quam spem de se præbere bonis uiris potest, qui in prima pueritia legibus se coherceri a gubernari non est passus, sed qui tanquam Tyrannidem teneret, suo arbitrio uestire, suo more uiuere uoluit? Nemo profecto illum in ulla uite parte moderatum, aut legum metuentem fore crederet.

Et hac impudentia pleriq; sunt, qui ex scholis profecti, non tantum ambiunt administrationem ciuitatum, sed multo honestiorem prouinciam docenda religionis, ad quam adferre singularem modestiam oportebat.

Audiui in terra Sueuica Principem fuisse summa prudentia ac pietate præditum Eberardum ^{Eberardus Barbatus.} Barbatum, sic enim uocant: Ad hunc aiunt uenisse iuuenem quendam petentem sacerdotium, forte huic uentus aperuit uestem, ut uideret Princeps scissas militari more caligas. Id nunc nemo tegere studet, tanta est impudentia, in illo casus retexerat: Ibi Princeps, ut erat acerrimus exactor, cuiusq; disciplinae morum, ita commotus est, ut quamquam loqui latinè non soleret, tamè ira ei hæc uerba expresserit: Vade ira. Sic illum, quia ei succenseret, è conspectu suo abire iussit. Ac tantum absuit, ut sacerdotium conferret, ut etiam uehemèter obiurgatum dimiserit, quod in Principis conspectum uenire cū scurræ habitu, quod ambire sacerdotiū ausus esset, cū hac significatione impudentiæ, ac leuitatis, à qua longissimè abesse sacerdotes decet.

O censuram dignam laude, dignamq; memoria uestra commilitiones. Merito enim tanti uiri, cui fama est in hoc toto Germaniæ Imperio, summam sapientiæ laudem tributam esse, commoueri iudi-

cio debemus. Huic enim omnes populi cum omni
ordines, in concilijs populorum Germania de
ximis rebus sepe adfensi sint, adfentiamur et
hac parte, & statuamus id quod res est, nullum
ordini hominum has ineptias, sed maxime
sticis indecoras esse. Neq; uerò sic ille seipsum
nunc sentiunt idem omnes boni uiri, & omnes
honestorum hominum hac de re calculi conspu
unt. Quis enim uestrum, qui modo liberaliter
stitutus est, qui nisi sit impudentissimus, in
conspectum sui patris cum inuitata ueritate
re? Quod cum ita sit, putate hæc uita in com
ni odio bonorum uirorum omnium esse.

Voluntas pa
rum pro legi
bus habenda.

Quantum autem merito pro legibus habetur
beat, quidquid omnes boni uiri sentiunt, tam
nus apud uos alienorum auctoritas ualet, uel
apud unumquemq; sui patris auctoritas, quam
pietas quedam maximam & grauissimam docet.
Quare si parentum animi ab his ineptijs in
tu abhorrent, abhorrent autem haud dubie
tate illorum pro lege habeamus. Neq; enim
mare debemus has tantum leges esse, quae
publicis libris scriptae. Hæc lex non in ar
nō tabulis lapideis insculpta est, sed in animi
stris scripta diuinitus, ut parentum iussa
noris faciamus, quam illa praetorum editio

tamen extāt etiā Magistratuum leges hac de re:
 extant & præter hominum doctorum præcepta,
 in sacris literis grauiſimæ admonitiones, ut am-
 bulemus corā hominibus ἐν Χρησίν, hoc est, ne
 quid in ceſſu, sermone, gestu indecorum admitta-
 mus. Et Paulus iubet ſugere iuueniles cupidita-
 tes, ſignificans, ut docti homines interpretantur,
 delicias illas in uestitu, aut in reliqua corporis a-
 ctione. Quid est autē, ſi non est inſania, neq; bono-
 rum uirorum iudicijs, neq; parētum, neq; legum,
 neq; ſacrarum literarum authoritate permoue-
 ri? Neq; leue peccatum ſit oportet, quod tāto cō-
 ſenſu honeſti homines uniuerſi dānant, ſed uident
 illi quantam ruinam trahant hæc initia, cum in
 paruis rebus diſceſſum est à maiorū institutis, per-
 ſpicuntq; quæ diſciplinæ perturbatio ſequatur.

Hæc argumenta uos commoneant optimi Com-
 militiones, ut longū ualere dicatis illis in uestitu
 ineptijs, ſemperq; ueniat in mentem, illas non mi-
 nus eſſe turpes notas, quàm ſtigmata, quæ damna-
 tis rerum capitalium inuruntur, uestis enim uirū
 facit: Quare ſi ſint indecora, nocet exiſtimatio-
 ni, non aliter atq; illæ, uo uocant, Thraciæ notæ. Stigmata ine-
 Porro talibus ſtigmatibus delectari, ea uero inaudi-
 ta amētia eſt. Ad hæc dum his cupiditatibus, ut uī-
 detur, leuioribus nimīū indulgetis, interea multa
 alia

alia uitia uires accipiunt, legum contemptus, ad
 dacia, adiunguntur corrupta sodalitia, bono
 studia omnia deseruntur, succedit ocium, id est
 luptates inuitat. Atq; harum rerum qui sitio
 tus, quæ κατὰ σοφίαν, sæpe uidemus. Nō igitur
 hil periculi est, ut quidā existimant, ignoscere
 in his nugis, ut uocant: Nimis quàm uerū est
 nugas seria ducere. Vetus est uersiculus, magis
 teneri non posse, si parua negligenter uocantur
 εἰ μὴ φυλάσσεις μικρὰ ἀπολεῖς τὰ μέγιστα.

Idem hic fieri uidemus: Nā qui parum firmi
 aduersus has leuiores cupiditates, hos citius
 nione alia maxima mala opprimunt. In pro
 autem nos qui Christo nomen dedimus, ueraciter
 am ac modestiā in omnibus uita partibus colimus
 decet, & quia ea uirtus Deo imprimis placet,
 & ut bonis exemplis aliorum mores meliores reddamus. Dixi.

ORATIO CVIVSDAM STVDII

si de capta & direpta urbe Roma,

Anno 1527.



Tsi intelligebam eos qui hoc
 pro more scholæ fidas fabul
 gunt, multo minus oneris
 re,